UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& Socio. 195

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

Laines accepit : qui rem deni-
que mihi aperuit. 195 Eo ipſo
in loco fluctuabatur Sociorum
vnus, deque mutando vitæ ge-
nere ſecum deliberabat, anceps,
vtrum duorum præſtaret, apud
anachoreten, qui in ſuburba-
no incolebat, degere : an cum
IGNATIO plurium ſaluti con-
ſulere. Iam eius conſilij capien-
di, ad hominem adibat : cùm ex
itinere, monſtris, ác neſcio qui-
bus ſpectrorum laruis exterritus,
ad IGNATIVM continuò recurrit.
Qui, arcano ſocij diuinit⁹ perſpe-
cto : ſubintranti MODICÆ, inquit,
fidei QVARE DVBITASTI? Atque
iis illi verbis, omnis fuit dubita-
tio exempta. Nam propoſitum
deinde tenuit, atque ad extre-
mum ſpiritum perſeuerauit. 196
Romæ Stephanus etiam Baroel-
lus homo Italus, recens in ſo-
cietatem adſcitus, vitæ iam
ſuæ